Ed Matthews.

PORTA
LINGUARUM ORIENTALIUM

SIVE

ELEMENTA LINGUARUM

I. HEBRAICAE	V. SYRIACAE
II. CHALDAICAE	VI. ARMENIACAE
III. SAMARITANAE	VII. AETHIOPICAE
IV. ARABICAE	VIII. PERSICAE.

STUDIIS ACADEMICIS ACCOMMODATA.

EDIDERUNT

J. H. PETERMANN, E. NESTLE, S. LANDAUER E. A.

PARS V.

LINGUA SYRIACA.

CAROLSRUHAE ET LIPSIAE.
H. REUTHER.

LUTETIAE PARISIORUM
MAISONNEUVE & Cie.
25, QUAI VOLTAIRE.

LONDINII
DULAU & Co.
37, SOHO SQUARE.

1881.

BREVIS

LINGUAE SYRIACAE

GRAMMATICA, LITTERATURA, CHRESTOMATHIA

CUM

GLOSSARIO.

IN USUM PRAELECTIONUM ET STUDIORUM PRIVATORUM

SCRIPSIT

DR. EBERARDUS NESTLE.

CAROLSRUHAE ET LIPSIAE.
H. REUTHER.

LUTETIAE PARISIORUM
MAISONNEUVE & CIE.
25, QUAI VOLTAIRE.

LONDINII
DULAU & CO.
37, SOHO SQUARE.

1881.

PRAEFATIO.

J. H. Petermann, d. 26. Jun. 1875 morte abreptus, opus inceptum, *Portam linguarum orientalium* ad finem perducere prohibitus est. Rogante bibliopola *H. Reuther*, qui cum ceteris libris apud G. Eichler Berolinensem publicatis nunc hanc Portam vendidat, partem quintam, Syriacam, edendam suscepi. Invitus quidem; nam theologus sum, non philologus et quo tempore ad praeparandam grammaticam, literaturam, chrestomathiam Syriacam subsidia optima mihi ad manus fuissent, dum Londini Museum Britannicum frequentabar, de tali opere suscipiendo non somniavi. Excusatus igitur esse velim, si, quae exspectantur, in hoc libro non inveniuntur.

„*Grammaticam*" plane omisissem, si licuisset, et paradigmata tantum Chrestomathiae addidissem, quia Grammatica Syriaca tam breviter tractari non potest et Theodori *Noeldeke* opus grammaticale propediem prodibit; consilio „Portae" coactus vestigia Petermanni

qualiacunque, urgente prelo, festinante calamo, presse secutus sum.

In „*Literatura*“ p. 1—23 quae opera Tubingae et Stuttgardiae videre mihi non contigit, asterisco insignivi.

Quae in „*Chrestomathiam*“ recepi praeter quatuor prima capita Geneseos omnia, quoad scio, anecdota sunt. Totum librum *de vitis Prophetarum* cum apparatu critico mox syriace (e tribus codd. Lond.) et graece (praesertim e codice vaticano VI vel VII saec.) edere me posse spero; item cum versione Germanica quae *de Inventione Crucis* e codicibus Syriacis aut ipse exscripsi aut a *W. Wright* Cantabrigiensi et *P. Martin* Parisiensi benigniter mihi transmissa possideo. Ut tertium Chrestomathiae caput ante secundum, et quartum postremo legant, tirones moneo. P. ܩܨ, l. 10. 11. etc. ubicunque legas ܐܘܪܫܠܡ pro ܐܘܪܝܫܠܡ; ܩܟ, l. 44. apogr. meum praebet ܘܕܒܣܡ, apogr. *Wrightii* ut impressi.

A mendis typographicis hanc partem prioribus immuniorem esse spero.

Munsingae 14. Oct. 1880.

ܗ̄. ܡܠܘܢܐ.

GRAMMATICA.

I.

DE SCRIBENDI ET LEGENDI ELEMENTIS.

DE SCRIPTURA ܟܬ݂ܳܒ݂ܳܐ.

Scripturae Syrorum duplex character hodie in usu est, alter *cursivus* magis, qui dicitur *Jacobiticus*, alter *Nestorianus*, qui unciales formas *Estrangelo* nominatas melius servavit. A dextra sinistrorsum legenda litteris constat 22, quae sive praecedenti, sive sequenti, sive utrinque annectantur, seu denique absolute nulli annexae ponantur, varias adsumunt figuras, quas unâ cum nomine et valore uniuscuiusque ordine recepto tabula sequens exhibet.

Consonantes, ܚܒ݂ܺܝܫܳܬ݂ܳܐ, ܐܳܬܘܳܬ݂ܳܐ.

NOMINA	FIGURÆ: non annexarum	FIGURÆ: annexarum praecedenti	FIGURÆ: annexarum utrinque	FIGURÆ: annexarum sequenti	VALOR: soni	VALOR: numeri
ܐܳܠܰܦ Ålaf	ܐ ܐ	ܐ ܐ	— —	— —	ʼ Spiritus lenis	1
ܒܶܝܬ Bēth	ܒ ܒ	ܒ ܒ	ܒ ܒ	ܒ ܒ	b, β	2
ܓܳܡܰܠ Gâmal	ܓ ܓ	ܓ ܓ	ܓ ܓ	ܓ ܓ	g, γ	3

NOMINA	FIGURÆ non annexarum	annexarum praecedenti	annexarum utrinque	annexarum sequenti	VALOR soni	VALOR nume[ri]
ܕܠܬ, ܕܠܬ Dâlath	ܕ ܕ	ܕ ܕ	——	——	d, ð	
ܗܐ He	ܗ ܗ	ܗ ܗ	——	——	h	
ܘܘ Vav	ܘ ܘ	ܘ ܘ	——	——	v, w	
ܙܝܢ Zain	ܙ ܙ	ܙ ܙ	——	——	z gallice	
ܚܝܬ Cheth	ܚ ܚ	ܚ ܚ	ܚ ܚ	ܚ ܚ	ch	
ܛܝܬ Ṭeth	ܛ ܛ	ܛ ܛ	ܛ ܛ	ܛ ܛ	ṭ	
ܝܘܕ Jud	ܝ ܝ	ܝ ܝ	ܝ ܝ	ܝ ܝ	j	1
ܟܦ Kâf	ܟ ܟ	ܟ ܟ	ܟ ܟ	ܟ ܟ	k, χ	2
ܠܡܕ Lâmad	ܠ ܠ	ܠ ܠ	ܠ ܠ	ܠ ܠ	l	3
ܡܝܡ Mīm	ܡ ܡ	ܡ ܡ	ܡ ܡ	ܡ ܡ	m	4
ܢܘܢ Nūn	ܢ ܢ	ܢ ܢ	ܢ ܢ	ܢ ܢ	n	5
ܣܡܟܬ Semkath	ܣ ܣ	ܣ ܣ	ܣ ܣ	ܣ ܣ	s	6
ܥܐ ʿE	ܥ ܥ	ܥ ܥ	ܥ ܥ	ܥ ܥ	ʾ Spiritus gutturalis	7
ܦܐ Pē	ܦ ܦ	ܦ ܦ	ܦ ܦ	ܦ ܦ	p, f	8
ܨܕܐ Ssade	ܨ ܨ	ܨ ܨ	——	——	ṣ forte	9
ܩܘܦ Qūf	ܩ ܩ	ܩ ܩ	ܩ ܩ	ܩ ܩ	q	10
ܪܝܫ Rīsch	ܪ ܪ	ܪ ܪ	——	——	r	20
ܫܝܢ Schīn	ܫ ܫ	ܫ ܫ	ܫ ܫ	ܫ ܫ	sch	30
ܬܘ Tau	ܬ ܬ	ܬ ܬ	——	——	t, ϑ	40

§ 2. *Nomina* litterarum eadem fere sunt quae apud Hebraeos; pro *âlaf* ܐܠܦ interdum reperitur ܐܠܦ *alef*, pro ܕܠܬ *dâlat* interdum ܕܠܕ; ܦܐ etiam ܦܘܐ scribitur; *ordo* litterarum, ut ex alphabeto Graecorum apparet, ab antiquissimis inde temporibus servatus est.

§ 3. Peculiares Syrarum *litterarum figurae*, quarum antiquissima exempla in nummis Edessenis seculi ut videtur primi inveniuntur, eundem originem habuisse apparet ac scriptura Palmyrenarum inscriptionum. In libris manuscriptis, quorum antiquissimus anno 411 Edessae exaratus in Museo Britannico asservatur, tria potissimum scribendi genera reperiuntur: primum majusculum, *Estrangelo* dictum (ܐܣܛܪܢܓܝܠܐ, ܐܣܛܪܢܓܠܐ ܣܪܛܐ, non στρογγύλος neque στραγγάλια) a *Paulo bar* ܥܢܩܐ ut dicitur inventum, ab *Emmanuel* et *Nache* fratribus c. 980 restitutum.[1]) Ex hac scriptura apud *Nestorianos* paulatim ea facta est, quam adhuc Syri juxta lacum Urmiae habitantes adhibent, dum *Jacobitae* maiusculas formas paulatim cum minusculis miscentes novum scripturae genus, nonnullis *semiminusculum* dictum, excolebant. *Melkitae* et qui dialecto Palaestinensi utebantur ad formas Graecorum unciales maiusculam Syrorum scripturam deformaverunt.

---

[1]) *Lagarde*, Praetermissorum libri duo 95, 73; Barhebraeus, chron. eccl. I, 415.

Vocales ܡܡܠܠܢ̈ܝܬܐ, ܢܥܡ̈ܬܐ

duplici signorum systemate apud Syros insigniuntur, altero apud Jacobitas, Graecarum vocalium figuris, altero apud Nestorianos, punctis vario modo positis (ܢܘܩܙܐ, ܙܘܥ̈ܐ).

ă ܦܬܚܐ — ܰ — ܲ.

a ܙܩܦܐ — ܳ — ܵ.

e ܪܒܨܐ — ܶ — { ܶ. ܸ. }

i ܚܒܨܐ — ܺ — { ܝ݂. ܝܼ. }

u ܥܨܨܐ — ܽ — (ܽܘ) { ܘܼ. ܘ݁. }

Magna est apud Syros vocalium nominandarum et numerandarum diversitas. Vox memorialis Occidentalium est ܦܬܳܚܳܐ ܙܩܳܦܳܐ ܪܒܳܨܳܐ ܚܒܳܨܳܐ ܥܨܳܨܳܐ vel ܒܰܪ ܚܳܡܶܫ ܟܺܠܽܘ; Orientales ĕ ut [illegible], [illegible], ܐܸܢܵܐ et ē ut ܗܵܘ, [illegible], ܐܸܠܵܗܵܐ distinguunt et illud ܪܒܵܨܵܐ ܐܲܪܝܼܟ݂ܵܐ, hoc ܪܒܵܨܵܐ ܟܲܪܝܵܐ nominant, itidem inter ī ܚܒܵܨܵܐ ܐܲܪܝܼܟ݂ܵܐ ut [illegible], [illegible], [illegible]. [illegible] et ĭ ܚܒܵܨܵܐ ܟܲܪܝܵܐ ut [illegible], [illegible], [illegible], denique inter u ܥܨܵܨܵܐ ܐܲܪܝܼܟ݂ܵܐ ut [illegible], [illegible] et o ܥܨܵܨܵܐ ܟܲܪܝܵܐ ut [illegible], [illegible].

Dum omnibus temporibus Syri a dextra ad sinistram legebant, antiquiores scribas, quorum optimi

Edessae florebant, pagina sinistrorsum versa a fronte deorsum versus pectus scripsisse constat.

Cf. tabulas apud *Land,* Anecdota Syriaca t. I. IV, *Wright,* Catalogue of the Syriac mss. t. III.

§ 4. *Pronunciatio* litterarum singularum supra proposita secundum tempora et loca aut syllabarum compositionem haud paucas patitur variationes.

âlaf ܐ ex. gr., inter duas vocales pronuntiatur (interdum scribitur) yûd: ܐܐܪ *âyar* etc.

ܒ post vocalem *û* posita posteriori tempore non audiebatur, ܫܘܒܚܐ *schûchâ.*

In Palaestina Syri ܥ ut ܐ efferunt ܥܐܝܬ *'âyet,* ܦ aspiratam ut ܒ aspiratam, ܐܦܪܐ = *afra;* Orientales ܚ modo ut ܟ, modo (ante ܗ) ut ܐ, ܓ interdum ut ج Arabum *dsch* pronuntiant.

Concurrentibus duabus varii generis consonantibus vel prior secundae vel secunda priori suum tribuit colorem; ܙ ex. gr. ante ܬ et ܛ pronunciatur ut ܣ, in ܙܕܩܬܐ, ܩܙܬܐ, ܐܙܛܐ; ܣ vice versa ante ܕ et ܒ ut ܙ, in ܣܒܪܐ (ignominia) ܢܣܒܪܘܢ etc., ante ܓ ut ܙ; ܙ ante mediam ut ܙ, ܒ ante mediam ut ܟ, ante tenuem ut ܦ. De sex consonantibus ܬ ܦ ܒ ܕ ܟ ܒ vide infra.

ܐ in fine vocum, ܘ et ܝ in media voce vocalibus significandis inserviunt.

§ 5. *Dividuntur* litterae 1) secundum organa quibus efferuntur (ܕܡܦܩܢܘܬܗܘܢ ܐܪ̈ܓܢܐ) in *gutturales* ܓܪ̈ܓܪܢܝܬܐ, ܐܬܘ̈ܬܐ ܡܫܬܡ̈ܥܢܝܬܐ: ܐ ܗ ܚ ܥ [ܪ]; *palatales* ܚܢܟ̈ܝܬܐ, ܓ ܝ ܟ ܩ; *linguales* ܠܫܢ̈ܝܬܐ, ܕ ܛ ܠ ܢ ܬ; *dentales* ܫܢ̈ܝܬܐ, ܐܬܘ̈ܬܐ ܡܫܪ̈ܩܢܝܬܐ, ܡܨܦܪ̈ܢܝܬܐ, [ܫ] ܙ ܣ ܨ; *labiales* ܣܦܘ̈ܬܢܝܬܐ, ܒ ܘ ܡ ܦ; 2) in *compatibiles* ܡܫܬܘ̈ܝܢܐ, quae se invicem in eadem voci sequi possunt, et *incompatibiles* ܠܐ ܡܫܬܘ̈ܝܢܐ, ut gutturales (exc. ܐ et ܗ̄, ܚ̄) et ܥ ܥ, ܥ ܚ, ܥ ܐ, ܨ ܙ; 3) in *radicales* ܐܬܘ̈ܬܐ ܥܩܪ̈ܢܝܬܐ, quae radicem constituunt, et *serviles* ܐܬܘ̈ܬܐ ܡܫܡ̈ܫܢܝܬܐ, quibus voces et formae grammaticales constituuntur.

§ 6. *Vocales* antiquissimis temporibus tantummodo litteris ܐ, ܘ, ܝ iisque rarius adhibitis significabantur; deinde, quum multae voces iisdem literis scriptae vario modo pronunciandae essent, Syri *puncto diacritico* adposito ambiguitatem tollere coeperunt, ita quidem, ut punctum supra vocem ponerent, ubi gravior sonus et obscurior exprimendus erat, infra vocem, ubi levior et clarior; ex. gr. ܫܢ̇ܬܐ = ܫܢܬܐ *annus*, ܫܢܬ݂ܐ = ܫܢܬܐ *somnus*, ܡ̇ܢ *man*, ܡܢ̣ *men*; ܗ̇ܘ *hau*, ܗܘ *hū*; ܗ̇ܝ *hāi*, ܗܝ *hi*; ܗ̇ܢܘܢ *hanun*, ܗܢ̣ܘܢ *henun*; ܕܝܢܐ *dinā*, ܕܝ̇ܢܐ *dayyana*; ܥܘܠܐ *'aula*, ܥ̇ܘܠܐ *'avvalā*; ܒܝܫܐ *bīschā*, ܒ̇ܝܫܐ *bâyeschâ*. Qua in re notandum est, punctum non certae vocali respondere, tamen plerumque iidem vocis litterae characteristicae adponi. Hoc systema initio V p. Chr. saeculi excultum quamquam omnibus

votis satisfacere non poterat, in usu mansit, usque ad octavum saeculum, quo ineunte aut *Jacobus* episcopus Edessenus [† 708], qui multos libros e Graeca lingua in Syriacam transtulit, aut *Theophilus* Edessenus, qui paulo post Homerum Syriace vertit, Graecas vocalium figuras ΑΕΗΟΟΥ in Syriacam scripturam recepit, quae, quum Syri illis temporibus a fronte deorsum scriberent, nunc inversae ◌ܰ ◌ܶ ◌ܺ ◌ܳ ◌ܽ apparent. Neque tamen ab omnibus hoc simplicissimum vocalium significandarum systema adoptatum est, et ipse Jacobus Edessenus post aliud, quod Paulo presbytero Antiocheno rogante excogitaverat, puncto duplicato ambiguitatem formarum tollere studebat, et Nestoriani duplici itidem puncto vocales significare consueverunt.

De *pronunciatione* vocalium notandum est:

ܐܰ, ܐܲ (ܦܬܳܚܳܐ) omnibus Syris *a* clarum est.

ܐܳ, ܐܵ (ܙܩܳܦܳܐ) a Syris occidentalibus tanquam *o* obscurum, ab orientalibus tanquam *a* (longum) pronunciatur; ܦܫܺܝܛܳܐ ex. gr. illis *p^e^schiṭṭo̠*, his *p^e^schiṭṭa̠* auditur; hanc pronuntiationem antiquiorem demonstrant exempla biblica *μαραναθα* I Cor. 16, 22, *ταλιθά* Mc. 5, 41 etc.

ܐܶ (ܪܒ݂ܳܨܳܐ) apud orientales aut ܐܸ scribitur, aut ܐܹ: illud ܪܒ݂ܳܨܳܐ ܐܰܪܺܝܟ݂ܳܐ vel ܙܠܳܡܳܐ ܕܩܰܫܝܳܐ, hoc ܪܒ݂ܳܨܳܐ ܟ݁ܰܪܝܳܐ aut ܙܠܳܡܳܐ ܦܫܺܝܩܳܐ nominant; similiter inter ܐܶ ܐܷ (ܪܒ݂ܳܨܳܐ ܐܰܪܺܝܟ݂ܳܐ vel

ܙܠܳܡܳܐ ܩܰܫܝܳܐ) et ܐܶ distinguunt (ܟܰܪܝܳܐ ܙܠܳܡܳܐ, ܦܫܺܝܩܳܐ ܙܠܳܡܳܐ, ܐܣܳܩܳܐ).

ܐܘ (ܥܨܳܨܳܐ) denique occidentalibus ubicunque fere *u* fuisse videtur; orientales ܐܘܼ i. e. *u* distinguunt quod ܐܰܪܺܝܟ݂ܳܐ ܥܨܳܨܳܐ, ܐܰܠܺܝܨܳܐ ܘܐܘ, ܙܠܳܡܳܐ ܘܐܘ, ܡܠܳܨܳܐ nominant, et ܐܘܿ i. e. *ō* quod ܟܰܪܝܳܐ ܥܨܳܨܳܐ, ܪܘܳܚܳܐ ܘܐܘ, ܪܘܳܚܳܐ, ܐܪܘܳܚܳܐ appellatur.

In quibus cavendum est, ne appellationem ܐܰܪܺܝܟ݂ܳܐ (*longa*) et ܟܰܪܝܳܐ (*brevis*) secundum notiones nostras de *quantitate* vocalium sumamus. Quod enim quantitatem vocalium attinet, ܐܰ brevis est, ܐܳ longa et ita sibi opponuntur ut hebr. Patach et Qamez; neque obstat, Nestorianos pro ܐܰ *ă* saepissime ܐܳ *å* scribere, et Jacobitas ad significandum ܐܳ *o* μικρὸν (breve) elegisse. Ceterae vocales sive cum fulcris suis scribantur ܐܝܼ, ܐܶܝ, ܐܘܼ, sive solae ponantur ◌ܼ, ◌ܶ, ◌ܽ, ancipites sunt et ex grammaticae tantum regulis cognoscas, utrum correptae, prolongatae, natura longae sint, cf. ܩܽܘܕܳܫܳܐ, ܢܶܩܰܕܫܽܘܢ, ܩܰܕܺܝܫ.

Diphthongi inveniuntur apud Syros antiquiores

ܐܰܘ *au* (Nestorianis plerumque ܐܳܘ scripta): ܡܰܘܬܳܐ *mauta*, posterioribus *mōta*.

ܐܰܝ *ai* ex. gr. ܡܰܠܟܰܝ *malkai*, ܗܰܝܡܶܢ *haimen*, sed ܐܰܝܟ݂ *āχ*.

ܐܳܝ *āi* (Jacobitis *oi*), ܗܳܝ *hāi*.

ܐܶܘ *eu* inprimis in vocabulis Graecis *ew* pronunciandum esse videtur.

Consonantes nullis aut brevissimis vocalibus pronunciatas non ut Hebraei et Arabes signo (*schewa, dschesm*) instruunt; tamen cf. § 8, III.

§ 7. *Syllabae* (ܗ̈ܓܝܳܐ) syriacae, quae, si vocali finit, *simplex*, si in consonantem desinit, *composita* dicitur, leges sunt sequentes:

1) Omnis syllaba a consonanti incipit; duabus consonantibus plures in syllabarum initio non admittuntur; atque hae quidem non ita arcte conjunctae, sed brevissima vocali in pronunciatione diremtae sunt, e. g. ܫܛܳܪܳܐ non *šṭârâ* sed *šᵉṭârâ*. Plerumque vocibus quae a duplici consonanti incipiunt, vocalis brevis praeponitur, ܐܶܫܛܳܪܳܐ *eštara*, ܐܶܣܛܪܰܛܝܳܘܛܳܐ στρατιώτης, saepissime id fit in vocibus peregrinis, saepe etiam in Syriacis ܐܶܡܰܪ, ܐܶܬܡܳܠܝ, ܐܶܕܢܶܢ.

2) Vocalem in fine syllabae una tantum sequitur consonans; in fine vocum mutam consonantem alia praecedere potest, quae in enunciatione facile cum illa coalescit: ܩܶܛܠܶܬ, ܐܢ̱ܬ.

3) In syllaba simplici vocalis *longa*, in composita *brevis* esse solet.

§ 8. *Signa orthographica.*

I. Signum geminationis (*Dagesch, Teschdid*) Syris deest; rem ipsam eos habuisse constat, quamquam occidentales posteriori tempore saepe eam neglexe-

runt. Apparet geminatio, ubicunquae una e sex literis ܬ ܦ ܟ ܕ ܓ ܒ duplicanda est.

II. Signum *Ruccâchâ* et *Quššâyâ,* quod hebraico *Raphe et Dagesch leni* correspondet. *Ruccâchâ* (ܪܘܟܟܐ *mollities*) appellatur aspirata pronunciatio litterarum ܬ ܦ ܟ ܕ ܓ ܒ, signum aspirationis est punctum tenue *infra* literam positum, ܕ ܓ ܒ, apud Nestorianos majus rubro colore pictum; *Quššâyâ* (ܩܘܫܝܐ *durities*) appellatur earundem literarum pronunciatio non aspirata, quae puncto tenui *supra* literam posito indicatur ܕ ܓ ܒ, apud Nestorianos itidem majori, rubro colore picto. Leges, ubi literam cum aspiratione, ubi sine aspiratione pronuncianda est, cum satis complicatae sint, et ne Syri quidem plane hac in re conveniant, tutissimum erit, linguae Hebraicae analogiam sequi. Aspirantur hae literae post vocalem vel brevissimam, non aspirantur cum a nullius praecedentis vocalis spiritu afflantur, in primis cum geminandae sunt. *Quššâyâ* igitur ponitur

1) a vocum initio, quando vox praecedens in consonantem vocali expertem desinit ܩܪܫܬ ܩܪܐ:

2) in mediis vocibus earumque fine, cum consona praecedens vocali destituta est: ܡܠܟܐ *malka,* ܩܛܠܬ *q^eṭalt;*

3) post *diphthongos* ܠܝܬ *lait* (contra ܠܐ ܐܝܬ *lâ'îth*), ܐܠܝܬܐ *'ellaitâ* (excipias ܐܝܟ = $\bar{a}\chi$);

4) ubicunque littera geminanda est, ܣܰܒܰܪ *sabbar*, ܐܰܦܶܟ *appek* pro *an-pek*.

Ruccâchâ locum habet

1) post vocalem ab initio vocum ܐܰܒ݂ܳܐ ܠܒ݂ܰܪ;

2) media in voce post omnes vocales et schewa mobile ܟܬ݂ܰܒ ܡܰܠܟܘܬ݂ܳܐ ܢܶܟ݂ܬܽܘܒ݂, ܐܶܦܪܳܐ, ܐܰܪܥܳܐ, qua in re notandum est, literam vocali destitutam cum praeformativis ܘ ܒ ܠ ܕ non ad syllabam clausam coalescere; itaque ex ܟ݂ܬ݂ܳܒ݂ܳܐ fit ܕܰܟ݂ܬ݂ܳܒ݂ܳܐ *da-χ^e-θîβâ* non ܕܰܟܬ݂ܳܒ݂ܳܐ *daχ-tîβâ* (Praefixum futuri vocali destitutum post ܘ et ܕ *quššâyâ* accipit).

Literae ܦ et ܦ praeter aspiratam pronunciationem et non aspiratam tertiam habent, π enim graeca durior est quam syriaca ܦ non aspirata, et in accuratis manuscriptis puncto intra literam ܦ vel (apud Nestorianos) duplici puncto infra literam posito distinguitur, apud Palaestinenses invertitur ܦ; qualem sonum ܦ medio puncto instructa significabat, nescimus.

Primus Jacobus Edessenus signum ܪܽܘܟܳܟ݂ܳܐ punctum inferius adhibuisse et graecum ܦ distinxisse constat, alii post eum pro puncto lineolam supernam et infernam posuerunt; systema nunc receptum qui saec. IX codicem 14667 Musei Britannici scripsit, invenisse videtur.

III. *Marheṭânâ* (ܡܪܗܛܢܐ *currere faciens*) est linea superna, quae literam vocali destitutam ante aliam schevatam velocius quam regulariter fit legendam esse docet; ex. gr. ܐܣܩܬܐ *'es-qethâ* non *'es^e qtha.*

Mehaggyânâ contra (ܡܗܓܝܢܐ *syllabam efferre jubens*) est linea infera, litteram communiter vocali destitutam ante aliam vocali carentem cum vocali *e* rarius *a* pronunciandam esse docens; ex. gr. ܕܚܠܬܐ *de-chel-tha,* non *dech-l^e tha,* neque *dechltha;* ܚܡܪܗܘܢ *chamer-hun,* non *chamr-hun* etc.

Frequens harum linearum in poesi est usus.

IV. *Lineola occultans* (ܡܛܫܝܢܐ, signum absorptionis ܡܒܠܥܐ) in libris impressis infra eam literam ponitur quae aliqua de causa non pronunciatur, ex. gr. ܪܗܘܐ *ravâ,* non *rah^e vâ,* ܐܪܥܐ ܗܘܬ *'ar'â-vâth,* ܝܗܒ *jabh,* ܒܝܬ *bath;* Nestoriani et Jacobitae priore tempore id puncto crassiori infra literam posito indicarunt, deinde lineola superna, quae lineolae Marhetana similis est, denique lineola superna perpendiculari (*virama*); lineola superna etiam in libris impressis invenitur, in primis supra ܗ suffixi tert. pers. m. sing. ܐܝܕܘܗܝ, = *'idau(hi).*

V. In melioris notae codicibus manuscriptis aliae praeterea inveniuntur lineae diacriticae

1) una quae hebr. *Makkeph* correspondet et inter

duas voces ponitur, quae vel sono vel sensu arcte conjunctae sunt;

2) duae lineolae ܢܳܓܽܘܕܳܐ et ܡܛܰܦܝܳܢܳܐ appellatae, apud Nestorianos usitatae, quae literae penultimae vocis cum alia conjunctae sive supra (*Naguda*) sive infra (*Metappjånå*) adduntur, ex. gr. ܡܰܠܟܽܘܬܶܗ ܫܡܰܝܳܐ et ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ ܕܫܡܰܝܳܐ; usus earum nondum perspicuus est;

3) *abbreviationis* signum, lineola superna haud raro occurrit, ܐܦܝܣ̄ = ܐܦܝܣܩܘܦܐ, ܫܡ̄ = ܫܡܫܐ, ܦܠ̄ = ܦܠܓܘܬܐ, ܪ̄ = ܪܫܝܡܐ codex etc.

VI. Multis aliis punctis Syrorum codices manu scripti et libri impressi pleni sunt. Pleraque sunt diacritica et originem trahunt ex temporibus quibus vocales nondum significabantur, et post inventam earum significationem retinebantur. Inter antiquissima eorum numerantur

1) puncta, *Ribbui* ܪܶܒܽܘܝ nominatae, pluralem indicantia eorum *nominum,* quorum litterae in singulari et plurali eaedem sunt ܡܠܟܐ *malka* rex, ܡ̈ܠܟܐ *malke* reges; punctum litterae ܪ unum supplet, ex. gr. ܓܒܪܐ *gab^h^rå,* ܓܒ̈ܪܐ *gab^h^rē;* etiam collectivis adduntur ܥ̈ܢܐ *'ånå* oves, ܪ̈ܟܫܐ *rakhšå* equi, ܪ̈ܚܫܐ *rachšå* reptilia, in *verbis* ܠ̈ regulariter adduntur tert. pers. f. plur. perf. ܓ̈ܠܝ = *g^e^laj* ne confundatur cum imp. sing. ܓܠܝ *g^e^låj.*

2) puncta *diacritica verbi,* quibus inprimis

a) perfectum peal a participio act. peal,

b) conjugationes ethpeel et ethpaal,

c) I. pers. sing. perf. a II. pers. masc. et III. pers. fem. distinguuntur, quae formae iisdem scribuntur litteris: itaque ܐܡܪ, ܟܬܒ, ܢܣܒ, ܓܠܐ (punctum vel primae vel secundae litterae additur) sunt participia: *'amar, kâthebh, nasebh, gâle:* ܐܡܪ, ܟܬܒ, ܢܣܒ, ܓܠܐ sunt perfecta, *'ᵉmár, kᵉthabh, nᵉfaq, gᵉlâ;* ubi tertia forma verbalis iisdem scribitur literis aut duo puncta ponuntur (ܡܗܓܝܢܐ nominata) ex. gr. ܓܠܐ i. e. *gᵉlē* part. pass. aut punctum alii litterae imponitur, e. g. ܢܣܒ non ܢܣܒ *nessabh* non *nasebh* i. e. III. pers. imperf.; ܐܬܩܛܠ est *ethqᵉtel,* ܐܬܩܛܠ vel ܐܬܩܛܠ *ethqattal,* et sic ceterae formae (infin. part. imperf.); ܩܛܠܬ i. e. III. f. ܩܛܠܬ, II. m. ܩܛܠܬ, et I. c. ܩܛܠܬ plerumque ita scribuntur ut ܩܛܠܬ sit I. p., ܩܛܠܬ II. pers. m., et ܩܛܠܬ III. p. f.; ad omnes ambiguitates tollendas hoc systema non sufficit, quum ad tres formas perfecti peal eaedem perfecti pael accedant; similiter ܐܦܩܕ est I. pers. impf. peal; ܐܦܩܕ III. pers. perf. aphel, ܡܦܩܕ part. pael, ܡܦܩܕ part. aph. etc.; cf. *Martin, Syriens orientaux et occidentaux. Essai sur les deux principaux dialectes Araméens. Paris* 72 (Journ. As. Avril Mai) et idem ibidem *Histoire de la*

ponctuation ou de la Massore chez les Syriens (Journ. As. Févr. Mars Avr. 75).

VII. *Puncta extraordinaria:* 1) litteris aut vocibus quas delere voluerunt, scribae antiqui puncta imposuerunt; 2) voces transponendas esse litteris ܐ ܒ suprascriptis aut tribus punctis infra positis indicarunt; ex. gr. ܡܕܬ ܡܨܝܐ lege ܡܨܝܐ ܡܕܬ; 3) signa aliena verba introdücentia Syris non defuerunt; ex. gr. ‹‹; in theologicis manuscriptis variant, ubi verba haeretici afferuntur, ubi orthodoxi.

§ 9. De *tono* ejusque loco originales Syrorum grammatici altum tenent silentium, tamen certum est, penultimam syllabam plerumque tonum ferre, ex. gr. in statu emphatico nominum, in aliis formis, si ultima brevis est; ultima tonum fert in stat. abs. et constr. nominum masculinorum.

§ 10. *Distinctionis signa* permulta occurrunt in accuratis Syrorum manuscriptis, in libris impressis valde negligebantur. Systema generale hoc est



i. e. Protasin (ܫܘܘܕܝܐ promissio) claudit ܬܚܬܝܐ (inferior), dividit ܫܘܝܐ vel ܙܘܓܐ (*par*); *apodosin* (ܦܘܢܝܐ *retributio*) claudit ܦܣܘܩܐ punctum, dividit ܥܠܝܐ (*superior*). Finis paragraphi per quatuor ∴, rarius per duo .. insignitur puncta. Praeter haec

interpunctionis signa ܦܘܣܩܐ Syrorum grammatici plus quam triginta vel quadraginta signa nominant, quibus recta lectio et modulatio vocis normatur; de quibus vide *G. Phillips a letter ... and a discourse by Gregory bar Hebræus on Syriac Accents* Lond. 69 et *Martin (Bar-Zu'bi) traité sur l'accentuation chez les Syriens orientaux*. Paris 77.

§ 11. *Numeros* per litteras, ut supra in earum tabula indicavimus, exprimendi mos antiquis jam temporibus apud Syros invaluit; ad numerum 500 exprimendum, conjungunt ܬܩ, 600 est ܬܪ, 700 ܬܫ, 900 ܬܬܩ, 1000 est ܐ i. e. unitas cum linea obliqua a sinistra dextram versus adscripta, 2000 ܒ etc. Lineā suprapositā litterae numeros designantes a vocibus distinguuntur; annorum numeros moderni more Arabum scribere solent ܐܦܦ = 1880. *Zifri* Syriaci inveniuntur in antiquissimis inscriptionibus et nonnullis libris manuscriptis, de quibus vide *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft* 16, 577.

§ 12. I. Priusquam de *permutationibus* literarum tractamus, quae in *flexione* variis de causis occurrunt, necesse est statuamus, qualis ratio intercedat inter literas radicales Syriacas et Arabicas Hebraicasque; sequens tabula sibilantes et dentales complectens sufficiet:

	6 a	6 b	5 a	5 b	4 a	4 b	3	2 a	2 b	1 a	1 b
arab.	ظ	ط	ض	ص	ش	س	ز	ذ	د	ث	ت
hebr.	צ (ט)	ט	צ	צ	שׁ	שׂ ס	ז	ז	ד	שׁ	ת
syr.	ܛ	ܛ	ܥ	ܨ	ܫ	ܣ ܫ	ܙ	ܕ	ܕ	ܬ	ܬ

Exempla omnibus ad manus sunt, hoc unum adnoto; si per commutationem literae ض in ܥ, duae ܥ in una voce conveniunt, prior in ܐ mutatur; ex. gr. ܐܥܦ = ضعف.

II. 1) *Transponitur* litera ܬ in formis Ethpeel et Ethpaal, quando stirps verbi ab una e literis ܫ, ܨ, ܣ ܙ incipit. ܐܙܕܩܦ, ܐܣܛܪܡ, ܐܨܛܠܒ, ܐܫܬܡܘܕ: sed vide verba ܕܟ; item interdum mendose litera ܐ ex. gr. ܫܠܬܐ *schᵉlethā,* pro ܫܐܠܬܐ *sche'elthā.*

2) *Permutatur* eadem littera ܬ in iisdem formis (vide exempla allata) post ܙ in ܕ, ܨ in ܛ, vide supra.

3) *Assimilatur* radicalis littera ܢ sine vocali posita sequenti consonanti, ܐܦܩ *appek* pro ܐܢܦܩ; ܢܦܩ pro ܢܢܦܩ, ܣܬܐ *satta,* ܬܬܐ *tittå.*

4) *Occultatur* 1. *ålaf* initiale in vocibus ܐܢܫ, ܐܢܫܐ etc., ܐܢܬ, ܐܢܐ ubi post verbum vel pro verbo ponitur, 2. *he a*) pronominum ܗܘ, ܗܝ sine emphasi positorum, et *b*) suffixi tert. pers. masc. sing. ܐܝܕܘܗܝ *'īdau(h)j,* ܩܪܘܗܝ *qᵉrâ(h)j, c*) verbi auxiliaris ܗܘܐ et

verbi irregularis ܢܶܗܘܶܐ, ubi vocali destituta est, 3. radicalis derivationis significandae causa bis posita ܡܡܰܠܠܐ *mam-lā*, ܥܰܡܡܶܐ *'ammē*, non *'am^e mē*; 4. saepe ܢ pronominis ܚܢܢ post participia, 5. ܠ verbi ܐܶܙܰܠ vocali insignita, ܢܐܙܠܘܢ lege *nīṣûn*; 6. ܪ vocis ܒܪܬ et ܗܘܪܝ (imp. pro ܗܘܪܝ verbi ܗܘܪܝ).

5) *Dispereunt* literae *a*) per *aphaeresin* 1. ܐ imperativi verborum ܐܙܠ, ܐܬܐ, 2. ܢ in imp. ܗܒ, ܣܒ, 3. ܢ in imp. ܦܘܩ, item in nominibus ܘ et ܢ ex. gr. ܒܪܬܐ pro ܒܢܬܐ, ܐܢܫܐ pro ܐܢܫ; *b*) per *contractionem* 1. saepissime ܐ ex. gr. ܢܟܠ pro ܢܐܟܠ, ܡܠܐܟܘܬܐ, ܐܬܠ pro ܐܐܬܠ, 2. literae bis ponendae verborum mediae ܠ; ܥܠ pro ܥܠܠ, ܟܦܬܐ pro ܟܦܦܬܐ, nomina ܟܠ, ܥܡ etc. 3. ܬ feminina vocis ܚܕܬ novus ܚܕܬܬܐ *chedatta*, et in verbis ܬܒ et ܬܪ, quorum Ethpeel duobus scribitur ܬ, ܐܬܬܚܕ, ܐܬܬܩܢܘ, tertio ܬ accedente, ergo ܐܬܬܩܢܘ pro ܐܬܬܬܩܢܘ; *c*) *per apocopen* 1. ܢ in statu constr. plur. *e* ܡܠܟܝܢ fit ܡܠܟܝ, 2. ܝ et ܘ ubi in verbis non audiuntur ܩܛܠܘ, ܩܛܠܝܢ *q^e tal* saepissime non scribuntur, 3. terminatio femininalis ܬܐ in statu absoluto ܐ fit; ܡܠܟܬܐ, ܡܠܟܐ.

6) *Adduntur* litterae *a*) per *prosthesin* ܐ 1. in vocibus a duabus consonantibus incipientibus, praecipue peregrinis: ܐܫܬܐ (*sex*, cum ܒ, ܘ etc. ܒܫܬܐ, ܘܫܬܐ), ܐܣܛܘܟܣܐ, ܐܣܦܝܪܐ, ܐܟܣܢܝܐ, 2. saepe a scribis antiquis vocibus primae

ܝ ex. gr. ܐܝܩܪ, ܐܝܩܕܬܐ *b*) per *epenthesin* 1. ܐ ex. gr. ܐܕܠܝܬܢܝ pro *dallitani*, 2. ܪ et ܢ, ubi ceterae dialecti geminant, ܟܘܪܣܝܐ = כִּסֵּא, ܓܢܒܪܐ = גִּבּוֹר; *c*) per *paragogen* ܢ 1. in I. pers. plur. perf. ܩܛܠܢܢ pro ܩܛܠܢ 2. III. pers. masc. et fem. plur. perf. et imper. ܩܛܠܘܢ et ܩܛܠܝܢ pro ܩܛܠܘ et ܩܛܠܝ.

III. 1) Literae *gutturales* in lingua Syriaca non eodem modo vocalismum affectant, quo in lingua Hebraea, tamen pro *e* vocalem *a* adsumere solent; ergo ܐܡܪ — nam ܪ hac in re gutturales sequitur — pro *âmer*, ܐܕܢܟ pro *adnech*, ܣܦܪ pro s^e*fer*; *u* imperfecti saepe servatur; occidentales interdum *a* ponunt ubi orientales *e* et vice versa ܦܣܚܐ, ܦܓܪܐ, ܕܫܢܐ.

2) literae *quiescibiles* Syrorum paene easdem, quas apud Hebraeos sequuntur regulas: 1. ܐ *a*) in fine nominum tam masculinorum et feminorum mere vocalem *a* significat. ܡܠܟܐ *malkâ*, ܡܠܟܬܐ *malkethâ*; *b*) post literam vocali destitutam suam vocalem in illam transfert ܘܠܐܠܗܐ *va-la-ha*, ܠܐܕܡ *lâdâm* (Nestoriani l^e'*âdâm*, v^e'*alâhâ*). *c*) ipsa vocali destituta quiescit non solum in *a* ܡܐܣܝܢܐ *masyanâ* sanans, sed in *e* ܡܐܟܘܠܬܐ *mekhulta* cibus ܢܚܘܐ demonstrabit, et *i* ܡܐܡܪܐ *mīmrâ*: *d*) transit in ܘ vel ܝ in stirpe aphel ܐܘܒܠ, ܐܝܬܝ *e*) ܐ inter duas vocales ut ܝ efferri jam supra diximus ܩܐܡ *qayem*; accedente syllaba ܝ scribitur ܩܝܡܐ *qây*^{e}*ma*.

f) ab initio vocis semper plenam postulat vocalem ܐܘܠܗܐ, ܐܘܪܚ. 2. ܘ in paucissimis vocibus *primo* invenitur loco, ܘܠܐ decet, ܘܟܢܫ congregavit, in plurimis *secundo*, in quibus aut quiescit aut firma est, firma in omnibus fere quorum tertia radicalis est ܐ aut ܪ, aut gutturalis; in *tertio* loco semper abiit in ܐ vel ܝ; media ܘ geminanda fit ܝ. item ܘ post *a*, si vocali caret ܩܘܡܐ, cum vocali scribitur ܐ. ܩܐܡ. legitur *y*, post consonas et semivocales evanescit, sequenti vocali prolongata.

3) ܝ ubi *prima* radicalis est, in stirpe aphel mutatur in ܘ. ܐܘܬܒ, ܐܘܪܬ (servatur in ܐܝܢܩ, ܐܝܠܠ [ܡܝܢܩܢܐ]), in peal post praeformativa aut eliditur ܢܪܬ, aut in ܐ mutatur ܬܐܟܘܠ: de imp. vide 12, 5, a, 2.; verba *mediae* ܝ praeter ܥܝܪ et ܚܝܐ in peal nullum invenitur, perplurima autem sunt *tertiae* radicalis ܝ, in quibus aut servatur post *a*, *u*, consonantem vocali destitutam, aut excidit praecedente vocali prolongata (ܒܥܝܬ, ܒܥܝܬܐ, ܫܪܝܘܬܐ), aut transit in ܐ ܓܠܐ, ܥܠܝܐ, ܕܠܝܐ.

Quo modo *vocales* variantur, ex derivatione tantum cognosci potest, quum Syri ex. gr. immutabilem vocalem *û* ܘܼ scribendo a mutabili ܘܼ *ŭ* non distinxerunt; immutabiles sunt in syllaba apperta et clausa *a* ܐ, *û*, *ô*, ܘܼ ܘܿ, *î* ܝ; vocales ante consonam geminandam positae *ŏ*, *ĕ*, *ŭ*, ܟܠܐ, ܟܡܬܐ, ܪܘܚܐ; mutabilis est in primis vocalis *u* imperfecti peal ܢܦܘܠ, et nominum ܬܫܒܘܚܬܐ, pl. ܬܫܒܚܬܐ; notanda est trans-

positio vocalismi, quae imprimis in nominibus segolatis ܩܶܒܪܳܐ, ܩܰܛܠܳܐ, ܩܽܘܕܫܳܐ locum habet, quae in statu absoluto et constructo fiunt ܩܒܰܪ, ܪܓܰܠ, ܩܘܕܰܫ, et in femininis eorum, quae modo ܩܒܰܪܬܳܐ, ܪܓܰܠܬܳܐ, ܩܘܕܰܫܬܳܐ, modo ܩܶܛܠܬܳܐ, ܟܰܪܟܬܳܐ, ܩܽܘܪܒܬܳܐ formantur, denique in plurali imperativi peal cum suffixis ܩܛܽܘܠܘܟ, ܩܽܘܛܠܘܗܝ.

II.
DE PARTIBUS ORATIONIS.

ܥܠ ܡܢܘܬܐ ܕܡܡܠܠܐ.

CAPUT I. DE PRONOMINIBUS.

ܚܠܦ ܫܡܐ، ܦܣܘܩܐ ܩܕܡܝܐ.

§ 1. Pronomina personalia (ܦܪ̈ܨܘܦܝܐ) duplicis generis sunt 1) *absoluta* s. *separata* (ܦܪ̈ܝܫܐ), quae pro Nominativo adhibentur, et 2) *affixa* s. *suffixa* (ܢܩܝ̈ܦܐ) quae Casibus obliquis exprimendis inserviunt

a) Pronomina personalia separata

		Sing.	Plur.
I. pers.		ܐܢܐ	ܐܢܚܢ, ܚܢܢ
II. pers.	m.	ܐܢܬ	ܐܢܬܘܢ
	f.	ܐܢܬܝ	ܐܢܬܝܢ
III. pers.	m.	ܗܘ	ܐܢܘܢ
	f.	ܗܝ	ܐܢܝܢ

In vocibus ܐܢܐ et ܚܢܢ post participium primam literam saepe non audiri, jam supra monuimus;

interdum etiam scriptum invenies ܐܡܪܢܐ *âmarnâ*, ܩܪܝܢܢ *qârēnân*; eodem modo et pronomina secundae et tertiae personae cum praecedenti voce conjunguntur ܡܫܟܚܬ, ܡܒܪܟܬ Luc. 2, 28 = ܐܢܬ ܡܫܟܚܐ, ܐܢܬ ܡܒܪܟܐ; ܡܒܪܟܬܘܢ, ܡܒܪܟ ܗܘ; ܐܡܠܟܬܘܢ = ܐܢܬܘܢ ܐܡܠܟܝܢ; ante encliticum ܗܘ vocalis *â* in *a* mutatur, ܐܢܐ ܗܘ = *'enau.*

Pronomina pro copula logica usurpari notum est; invenies tam ܐܢܐ ܐܢܐ quam ܐܢܐ ܗܘ, ܗܘ ܗܘ fit ܗܘܝܘ.

b) Pronomina affixa s. suffixa: distinguunt Syri pronomina *verbo* affixa (ܡܦܩܢܐ ܚܫܘܫܝܐ affixa patientia), et *nomini* affixa (ܡܦܩܢܐ ܡܬܝܚܣܢܝܬܐ aff. relationis) et praepositionibus addita (ܡܦܩܢܐ ܡܪܟܒܐ pronomina separata composita).

	Suffixum verbi.			*Suffixum nominis.*	
	a.	b.	c.	sing.	plur.
Sing. 1. pers.	ܢܝ, ܬܢܝ	ܢܝ	ܢܝ	ܝ	ܝ̈
2. m.	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܝܟ
2. f.	ܟܝ	ܟܝ	ܟܝ	ܟܝ	ܝܟܝ
3. m.	ܗ ܝܗܝ	{ ܘܗܝ / ܘܗܝ	ܝܗܝ	ܗ	ܘܗܝ
3. f.	ܗ { ܝܗ / ܝܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܝܗ

	Suffixum verbi.			Suffixum nominis.	
	a.	b.	c.	sing.	plur.
Plur. 1. pers.	ܢ, ܢܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܝܢ
2. m.	ܟܘܢ	ܟܘܢ	ܟܘܢ	ܟܘܢ	ܝܟܘܢ
2. f.	ܟܝܢ	ܟܝܢ	ܟܝܢ	ܟܝܢ	ܝܟܝܢ
3. m.	desunt, pro his ܐܢܘܢ, ܐܢܝܢ			ܗܘܢ	ܝܗܘܢ
3. f.	in usu sunt.			ܗܝܢ	ܝܗܝܢ

1) Pronomina suffixa *verbi* varias assumunt formas sive verbum desinit in consonam (col. a). sive in vocalem ܐ, ܝ (col. b), tertiae columnae formae affiguntur 2 sing. m. et 3. plur. f. perf. et formis in ܢ desinentibus. Vide tabulam verbi cum suffixis.

2) Singularis *nominis* masculini accipit suffixa terminatione ܐ apocopata, ܡܰܠܟܳܐ *malkâ*, c. suff. I. pers. ܡܰܠܟܝ *malk* (*i* non auditur) ܡܰܠܟܶܢ: in plurali omnes formae (III. pers. excepta) vocalem *ai* habent; pluralis *feminini* formas singulares retinet, quae statui constructo adduntur — ܡܰܠܟܘܳܬ; singularis sive ܡܰܠܟܘܬܳܟ, sive ܡܰܠܟܘܬܟ sonat.

Pronomen possessivum cum emphasi positum exprimitur per ܕܺܝܠ (ex ܕ et ܠ) cum suffixis ܕܺܝܠܝ, ܕܺܝܠܟܘܢ, etc.

3) *Praepositionum* aliae suffixa singularia, aliae pluralia assumunt; singularia ܒ, ܠ, ܥܡ, ܠܘܬ, ܒܬܪ,

ܩܽܘܫܬܳܐ, ܟܽܠܡܶܕܶܡ, pluralia ܟܽܠ, ܣܰܓܺܝ, ܚܰܕ, ܚܪܺܢ, ܟܰܡܳܐ, ܟܽܠܚܰܕ, ܡܶܕܶܡ, ܐ݇ܢܳܫ (ܐ݇ܢܳܫܳܐ). ܟܽܠܗܶܡ ante suffixa fit ܟܽܠܗܶܡܶܬ, masculine aut feminine flectitur ܟܽܠܗܘܢ et ܟܽܠܗܶܝܢ; pronominis *reflexivi* locum supplent nomina ܢܰܦܫܳܐ anima et ܩܢܽܘܡܳܐ persona cum suff. ex. gr. ܢܰܦܫܶܗ *animam suam* i. e. *se ipse* etc.

§ 2. *Pronomina demonstrativa* (ܚܰܘܳܝܳܢܳܐ).

a) *hic*, sing. m.	ܗܳܢ, ܗܳܢܳܐ	plur. c.	ܗܳܠܶܝܢ
f.	ܗܳܕ, ܗܳܕܶܐ		
b) *ille* sing. m.	ܗܰܘ	plur. m.	ܗܳܢܽܘܢ
f.	ܗܳܝ	f.	ܗܳܢܶܝܢ

Pronomen III. pers. ܗܽܘ et ܗܝ haud raro demonstrative adhibetur et tum in plurali habet ܗܶܢܽܘܢ, ܗܶܢܶܝܢ. ܗܳܢ, ܗܳܕ semper, ܗܳܢܳܐ, ܗܳܕܶܐ plerumque substantivo praecedit; rarissimae formae sunt plur. ܗܢܘܢ et ܗܠܘܢ et deminutiva ܗܢܘܢܐ et ܗܢܘܢܝܬܐ.

§ 3. *Pronomen interrogativum* (ܡܰܫܐܰܠܳܢܳܐ) est ܡܰܢ *quis? quae?* (sequente ܗܽܘ) ܡܰܢܽܘ, et ܡܳܢ (ܡܳܢܰܘ) ܡܳܢܳܐ *quid?* adverbialiter ܡܳܐ, et *m.* ܐܰܝܢܳܐ, *f.* ܐܰܝܕܳܐ, plur. de personis et rebus ܐܰܝܠܶܝܢ; cur ܠܡܳܢܳܐ, ܡܶܛܽܠ etc. Pronomen *relativum* sive nota *relationis* est ܕ (hebr. זְ), plerumque per se ponitur, interdum post pronomina interrogativa, in ܐܰܝܢܳܐ ܕ = *is qui* etc.

CAPUT. II. DE VERBO. ܥܠ ܡܠܬܐ.

§ 1. Verba (ܡ̈ܠܐ) sunt aut *primitiva* (ܩܕܡܝܬܐ) aut *derivata* (ܢܦܝܩ̈ܢܝܬܐ). Primitiva sunt *trilittera* (ܬܠܝܬܝܬ ܐܬܘ̈ܬܐ), derivata vero sive a *nominibus*, ut ܕܢܒ *contemptibilem reddidit* a ܕܘܢܒܐ cauda ܐܬܒܪܢܫ *homo factus est* a ܒܪ ܐܢܫܐ, sive a *verbis*, ܐܬܟܫ „*objurgavit*" a ܟܫܫ praesertim verbis scundam radicem geminantibus, sive etiam a pluribus vocibus contractis ܐܬܒܠܚܕ a ܒܠܚܘܕ *solus fuit*, originem ducunt. Ita existunt verba plurium, praesertim quatuor literarum, quae ad normam trilitterarum flectuntur.

§ 2. Forma primitiva, quam *radicem* (ܫܪܫܐ, ܥܩܪܐ), nominare solent, plerumque in *tertia persona Singularis Praeteriti* conspicitur, atque haec est, quae in lexicis proponitur.

A verbo primitivo (ܐܣܟܡܐ ܦܫܝܛܐ) ex lege certâ et constanti plures deducuntur species (ܐܣܟ̈ܡܐ ܡܪ̈ܟܒܐ), quae secundum varias formas significationem primitivi vario modo immutant. Hae, *Conjugationes* vulgo, melius *stirpes*, dictae, numero sunt 8 (omissis iis quae rarius occurrunt) quae in quatuor classes dividuntur. (Syri ut Arabes secundum numerum litterarum et syllabarum dividunt ܡ̈ܠܐ ܬܪܝܢܝܬ ܐܬܘ̈ܬܐ, ܡ̈ܠܐ ܬܠܝܬܝܬ ܐܬܘ̈ܬܐ ܬܪܝܢܝܬ ܗܓ̈ܝܐ, ܡ̈ܠܐ ܬܠܝܬܝܬ ܐܬܘ̈ܬܐ ܫܘܝܢܝܬ ܗܓ̈ܝܐ, ܡ̈ܠܐ ܪܒܝܥܝܬ ܐܬܘ̈ܬܐ ܗܓ̈ܝܐ, ܡ̈ܠܐ ܕܚܡܫ ܐܘ ܫܬ ܘܫܒܥ).

Paradigmatis loco sumebatur verbum ܦܥܰܠ „egit“, unde prima verborum littera radicalis dicitur ܦ, secunda ܥ, tertia ܠ.

I. *Pe'al*	III. *Pa'el*	V. *Af'el*	VII. *Šaf'el*
ܦܥܰܠ	ܦܰܥܶܠ	ܐܰܦܥܶܠ	ܫܰܦܥܶܠ
II. *Ethpe'el*	IV. *Ethpa'al*	VI. *Ethtaf'al*	VIII. *Eštaf'al*
ܐܶܬ݂ܦܥܶܠ	ܐܶܬ݂ܦܰܥܰܠ	ܐܶܬ݂ܬܰܦܥܰܠ	ܐܶܫܬܰܦܥܰܠ

In *Conj*. I. verba primariam eamque simplicem habent significationem sive *transitivam* (sunt ܡܥܰܒܪ̈ܳܢܶܐ) sive intransitivam (sunt ܕܥܰܡܡ̈ܳܢܶܐ); atque intransitiva verba plerumque vocalem mediae radicalis *e* assumunt ܕܚܶܠ „timidus fuit“, ܒܛܶܢ „gravida fuit“, ܛܥܶܢ „gestavit“. Nonnulla verba pro varietate significationis variam assumunt vocalem ܚܪܶܒ „vastatus fuit“, ܚܪܰܒ, „vastavit“, alia sine vocalis mutatione modo transitive modo intransitive ponuntur ܗܦܰܟ, „vertit“ et „se vertit“, ܦܪܰܫ „separavit“ et „discessit“, ܫܢܶܐ etc.

Conj. II. Forma passiva est stirpis primitivae, de intransitivis formata significat qualitatem stirpe primari significatam adipiscere.

Conj. III. ܦܰܥܶܠ mediâ radicali duplicatâ sive duplicanda hebr. *Piel* respondens modo vim *frequentativam* atque *intensivam*, modo *causativam* verbis tribuit, ܥܡܺܝܕ, ܥܰܡܶܕ; ܥܒܰܪ, ܥܰܒܰܪ, ac saepe a nominibus formatur, ex. gr. ܫܰܡܶܫ e ܫܡܳܫܳܐ.

Conj. IV. Reflexivum et passivum est, eadem ratione inter has intercedente, qualem inter I. et II. notavimus.

Conj. V. ܐܦܥܠ praeposito ܐ, hebr. *Hiphil* correspondens, vim habet *causativam,* atque intransitiva reddit *transitiva,* ex. gr. ܢܦܩ. ܐܦܩ. ܣܠܩ, ܐܣܩ; tamen haud pauca verba hujus conjugationis e genio linguarum nostrarum nobis intransitivae esse videntur ut ܐܚܘܪ „albus fuit“, ܐܙܗܪ „cavit se“.

Conj. VI. Passivum est quintae.

Conj. VII. Eandem fere significationem habet, qualem V. et ab iis potissimum verbis formatur, quae ab ܐ vel ܝ incipiunt ܝܬܒ, ܡܬܘܬܒ: ܐܬܐ, ܡܬܘܬܐ: ܡܬܐܬܐ, tamen conf. ܡܬܦܠ. ܡܬܦܩ.

Conj. VIII. passivum septimae est.

Rariores conjugationes sunt *Pai'el:* ܫܝܦܪ, *Pau'el* ܡܘܟܟ ad *Pa'el* pertinentes, *Saf'el* ܫܥܒܕ, *Pa'lel* et ejus passivum *Ethpa'lal* ܐܫܬܚܠܠ piger fuit, *Pe'al'el* et *Ethpe'al'al*, quae ultimae inprimis a verbis mediae vav et mediae geminatae formantur, ܪܘܪܒ. ܟܪܟܡ. ܥܠܥܠ etc.

Quae cujusque verbi Conjugationes occurrant, et quamnam earum quaeque significationem induat, e Lexico cognoscitur.

Verba *plurilitteralia* Syri praesertim e nominibus derivaverunt. *Barhebraeus* nominat ex. gr. ܐܬܐܒ et ܐܬܐܒܗ e ܐܒܐ. ܐܬܐܚ et ܐܬܐܚܐ e ܐܚܐ, ܐܬܦܪܣܦ, ܐܬܟܪܣܛ;

ܐܶܬܦܰܩܰܕ݂ܬ݁ܰܪܦܠܶܗ et ܐܶܬܦܰܩܢܬ݁ܰܪ („non pulchre"): ܐܶܬܦܰܩܰܕ݂ܬ݁ܰܪ, ܐܶܬܦܰܩܰܕ݂ܬ݁ܶܟ݂ܘܢ, ܐܶܬܦܰܫܦܰܩ, ܐܶܬܦܰܩܰܕ݂ܬ݁ܰܪܦ, ܐܶܬܕܰܡܰܪ, ܐܶܬܦܰܩܰܪ; etiam ܐܶܫܬ݁ܥܰܒ݂ܪܝ et ܐܶܬܟ݂ܰܢܫܳܘ.

§ 3. *Tempora* (ܙܰܒ݂ܢܶ̈ܐ) duo sunt, quorum alterum *Praeteriti* s. *Perfecti* nomine insignitur, alterum vero vulgo *Futurum* s. *Aoristus*, rectius *Imperfectum* appellatur, quia rem nondum perfectam atque ideo incertam enuntiat. Praeterea tempora etiam *composita* formantur adjuncto verbo substantivo ܗ݈ܘܳܐ fuit; etquidem Praeteritum hujus verbi Participio additum nostrum *Imperfectum*, Perfecto *Plusquamperfectum* efficit; pro Praesenti Syri Participio cum Pronomini personali utuntur.

(Syrorum grammatici tria distinguunt tempora ܙܰܒ݂ܢܳܐ ܕܥܒ݂ܰܪ *praeteritum*, ܙܰܒ݂ܢܳܐ ܕܩܳܐܶܡ *praesens*, ܐ ܕܰܥܬ݂ܺܝܕ݂ *futurum*.)

Modi (ܙܢܰܝ̈ܳܐ, aliis ܐܶܣܟ̈ܺܡܶܐ, aliis ܐܰܙܠܶ̈ܐ) sunt *Indicativus* (ܡܚܰܘܝܳܢܳܐ), et *Imperativus* (ܦܽܘܩܕܳܢܳܐ); modus jussivus, apocopatus, emphaticus, qui in Imperfecto apud Arabes distinguuntur, in lingua Syriaca deest; *Infinitivus* et *Participium* (ܫܡܳܐ ܕܰܡܫܰܟܠܳܐ, ܡܶܫܬ݁ܰܘܬ݂ܦܳܢܳܐ) rectius nominibus accensentur.

Numeri (ܡܶܢܝܳܢ̈ܶܐ) sunt duo: Singularis (ܚܕ݂ܳܢܳܝܳܐ) et Pluralis (ܣܰܓ݁ܝܳܢܳܝܳܐ), Dualis (ܬ݁ܪܳܢܳܝܳܐ) deest; *Personae* (ܦܰܪܨܽܘܦ̈ܶܐ) tres; Imperativus nonnisi secundam agnoscit.

Genus (ܓܶܢܣܳܐ) est triplex: masculinum (ܕܶܟ݂ܪܳܢܳܝܳܐ), femininum (ܢܶܩܒ݂ܬ݂ܳܢܳܝܳܐ) et commune.

Dividuntur verba in *firma* (ܡܫܰܠܡܳܢܝܳܬ݂ܳܐ) et *infirma* (ܟܪܺܝܗܳܬ݂ܳܐ), secundum consonas quae radicem formant;

infirmorum sunt quatuor classes, sive prima, secunda, tertia aut plus quam una radicalis sit infirma.

FLEXIO VERBI

Per-

Pluralis.

1. c.	2. f.	2. m.	3. f.	3. m.
ܟܬܒܢ (ܟܬܒܢܢ)	ܟܬܒܬܝܢ	ܟܬܒܬܘܢ	ܟܬܒ (ܟܬܒܝܢ)	ܟܬܒܘ (ܟܬܒܘܢ)
ܟܬܒܢ (ܟܬܒܢܢ)	ܟܬܒܬܝܢ	ܟܬܒܬܘܢ	ܟܬܒ (ܟܬܒܝܢ)	ܟܬܒܘ (ܟܬܒܘܢ)
ܐܟܬܒܢ (ܐܟܬܒܢܢ)	ܐܟܬܒܬܝܢ	ܐܟܬܒܬܘܢ	ܐܟܬܒ (ܐܟܬܒܝܢ)	ܐܟܬܒܘ (ܐܟܬܒܘܢ)

Imper-

ܢܟܬܘܒ	ܬܟܬܒܢ	ܬܟܬܒܘܢ	ܢܟܬܒܢ	ܢܟܬܒܘܢ
ܢܟܬܒ	ܬܟܬܒܢ	ܬܟܬܒܘܢ	ܢܟܬܒܢ	ܢܟܬܒܘܢ
ܢܟܬܒ	ܬܟܬܒܢ	ܬܟܬܒܘܢ	ܢܟܬܒܢ	ܢܟܬܒܘܢ

Participium. passivum.	*Participium.* activum.	*Infinitivus.*
ܟܬܝܒ, ܟܬܝܒܐ	ܟܬܒ, ܟܬܒܐ	ܡܟܬܒ
ܡܟܬܒ, ܡܟܬܒܐ	ܡܟܬܒ, ܡܟܬܒܐ	ܡܟܬܒܘ
ܡܟܬܒ, ܡܟܬܒܐ	ܡܟܬܒ, ܡܟܬܒܐ	ܡܟܬܒܘ

RMI.

ctum.

Singularis.

1. c.	2. f.	2. m.	3. f.	3. m.	
ܩܛܠܬ	ܩܛܠܬܝ	ܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܩܛܠ	Pe'al
ܩܛܠܬ	ܩܛܠܬܝ	ܩܛܠܬ	ܩܛܠܬ	ܩܛܠ	Pa'el
ܐܩܛܠܬ	ܐܩܛܠܬܝ	ܐܩܛܠܬ	ܐܩܛܠܬ	ܐܩܛܠ	Aph'el

ctum.

ܐܩܛܘܠ	ܬܩܛܠܝܢ	ܬܩܛܘܠ	ܬܩܛܘܠ	ܢܩܛܘܠ	Pe'al
ܐܩܛܠ	ܬܩܛܠܝܢ	ܬܩܛܠ	ܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ	Pa'el
ܐܩܛܠ	ܬܩܛܠܝܢ	ܬܩܛܠ	ܬܩܛܠ	ܢܩܛܠ	Aph'el

Imperativus.

Pluralis.		Singularis.		
f.	m.	f.	m.	
ܩܛܘܠܝ . ܩܛܘܠܝܢ	ܩܛܘܠܘ . ܩܛܘܠܘܢ	ܩܛܘܠܝ	ܩܛܘܠ	Pe'al
ܩܛܠܝ . ܩܛܠܝܢ	ܩܛܠܘ . ܩܛܠܘܢ	ܩܛܠܝ	ܩܛܠ	Pa'el
ܐܩܛܠܝ . ܐܩܛܠܝܢ	ܐܩܛܠܘ . ܐܩܛܠܘܢ	ܐܩܛܠܝ	ܐܩܛܠ	Aph'el

Adnotationes.

§ 4. 1) Paradigma ܟܬܰܒ pro ܦܥܰܠ aut ܩܛܰܠ sumptum est ut positio punctorum *rukkâcha* et *quššâyâ* perspicua fiat.

2) Forma III. pers. plur. m. et. f. perf., in paradigmate uncis inclusa non antiquior sed recentior esse videtur: a scribis ܘ et ܝ harum formarum saepe omitti jam notatum est; e contra III. pers. m. singularis interdum cum ܘ scribunt, quod vel ex errore vel ex ܗܘ ortum esse potest. In antiquissimis temporibus in perf. et imper. ܘ et ܝ audibiles fuisse, e Mc. 5, 42 (ταλιθα κουμι, sed א BC κουμ) et aliis indiciis recte concluditur.

3) Verba *intransitiva* in Perfecto Peal vocali *e* instructa hanc characteristicam vocalem eodem modo tractant, quo cetera *a*: habes igitur ܣܓܶܕ, ܣܓܶܕܬ (cujus ܕ in pronunciatione sequenti ܬ assimilatur) ܣܓܶܕܘ. ܣܓܶܕܬܘܢ etc. Perfecti media vocali *o* instructi Syrorum grammatici unum exemplum, fortasse peregrinum, tradunt ܥܩܘܕ Hi. 7, 5. 30, 30, etc. impf.; ܐܥܩܘܕ, inf. ܡܥܩܕ, Ethpe. ܐܬܥܩܕ.

4) In *Imperfecto* et *Imperativo* verba intransitiva plerumque vocalem *a* habent, quae plane ac *u* verborum trans. tractatur, e. gr. ܕܡܶܟ, ܢܶܕܡܰܟ; tamen ܫܟܶܒ, ܢܶܫܟܽܘܒ, ܩܪܶܒ, ܢܶܩܪܽܘܒ; nonnulla *a* et *u* pro sensus

varietate ut ܢܛܒܥ, ܢܬܛܒܥ *immersus erit,* ܢܬܛܒܥ *obsignabit,* vel sine discrimine ut ܚܣܪ, ܢܚܣܘܪ et ܢܚܣܪ; pauca denique *e*, ܐܦܝ scilicet et ܢܠܒܫ, ܢܐܦܝ, ܢܠܒܫ cum nonnullis verbis ܦܝ, ut ܢܦܩ, ܢܦܠ, ܢܩܠ, ܢܠܒ. Vocalem ܘ formae ܢܩܛܘܠ et ܢܩܛܘܠ non ܘ ܥܨܝܐ i. e. *u* esse, sed ܪܒܨܐ ܘ i. e. *o*, formae ܢܩܛܠܘܢ, ܢܩܛܠܘܢ contrarie ܘ *u* non ܘ *o*, perfecti denique ܩܛܠܬܘܢ rursus ܘ *o* non ܘ *u* (ut in pronominibus separatis et suffixis ܐܢܬܘܢ, ܗܘܢ, ܟܘܢ) unanima Grammaticorum est traditio, quae accuratis codicibus manuscriptis et analogia dialectorum probatur.

5) Formatio tert. pers. impf. per ܢ pro ܝ linguae Syriacae, inprimis Edessenae propria est: neque lingua inscriptionum cuneatarum, neque partes veteris Testamenti aramaicâ dialecto scriptae, neque cognatae dialecti, Samaritana et Syro-Palaestinensis simile quid ostendunt (cf. nomen proprium נִמְרֹד, tamen syr. ܢܡܪܘܕ, ܢܡܪܘܕ).

6) Praefixum imperfecti Syri orientales interdum litera — *i*, non — *e* instruxerunt, itaque non *nechtubh,* sed *nichtobh* pronuntiasse videntur.

7) De *Participio* notandum est punctum *quššâya* formae ܩܛܝܠܐ, quod a legibus hebraici Dagesch plane recedit: exceptiones nominantur ܦܩܝܕܐ, ܥܒܝܕܐ, ܒܚܝܪܐ, ܐܚܝܕܐ. Contractionem part. act. et pass. cum pronominibus personalibus jam memoravimus. Non confundendum

est part. pass., cujus prima radicalis si ܐ est, ܼ accipit, ܐܣܝܡ cum adjectivis formae *qattīl*, ܕܟܝܪ, ܚܟܝܡ.

Stirpes *Pa'el Aph'el* et *Schaph'el* nullam offerunt difficultatem; id unum notandum est, 1. sing. imperf. Pael post praefixum ܐ *quššåyå* assumere ܐܩܛܠ, non ܐܩܛܠ.

§ 5. *Passivum* stirpis Pe'al, *Ethpe'el* ܐܬܩܛܠ, sine vocalibus ܐܬܩܛܠ scriptum, cum passivo stirpis Pa'el, Ethpa'al ܐܬܩܛܠ, puncto diacritico ܐܬܩܛܠ, confundi non potest, ubicunque media vel tertia radicalis una ex sex ܒܓܕܟܦܬ est. Dubium exoritur in aliis verbis de III. fem. et I. sing. perf., II. f. sing. et III. et II. plur. Imperf. et de formis Imperativi. Nam Ethpeel in his personis non, ut forma ܩܛܠܬ stirpis simplicis, vocalem *e* retinet, sed ܐܬܩܛܠܬ format et ܐܬܩܛܠܬ, quae vel *ethqatlath*, —*leth* (Ethpe'el) vel *ethqattelath*, —*leth* (Ethpa'al) legi possunt, et in Imperativis ambae stirpes ܐܬܩܛܠ scribuntur. In libris impressis e puncto diacritico linea facta est, quae in Ethpeel *infra*, in Ethpaal *supra* mediam radicalem ponebatur. Sed formae ܐܬܩܛܠ, si Ethpa'al est, Syri orientales, quum tres consonantes sine vocali interposita *ethqattl* vix pronuntiari possint, vocalem *a* addunt, quod idem occidentales in verbo ܐܬܪܚܡ facere coguntur; sed ita nulla amplius est distinctio inter Perfectum et Imperativum stirpis Ethpa'al.

Tabula sequens formarum characteristicarum sufficiet.

	Imperfectum.		*Perfectum.*	
3. m. pl.	3. m. sg.	3. f. sg.	3. m. sg.	
ܢܬܩܛܠܘܢ	ܢܬܩܛܠ	ܐܬܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠ	Ethpeel
ܢܬܩܛܠܘܢ	ܢܬܩܛܠ	ܐܬܩܛܠܬ	ܐܬܩܛܠ	Ethpaal
ܢܬܬܩܛܠܘܢ	ܢܬܬܩܛܠ	ܐܬܬܩܛܠܬ	ܐܬܬܩܛܠ	Ethtaph'al
ܢܫܬܩܛܠܘܢ	ܢܫܬܩܛܠ	ܐܫܬܩܛܠܬ	ܐܫܬܩܛܠ	Eschtaph'al

Participium.	*Infinitivus.*	*Imperativus.*	
ܡܬܩܛܠ	ܡܬܩܛܠܘ	ܐܬܩܛܠ	Ethpeel
ܡܬܩܛܠ	ܡܬܩܛܠܘ	(ܝ) ܐܬܩܛܠ	Ethpaal
ܡܬܬܩܛܠ	ܡܬܬܩܛܠܘ	ܐܬܬܩܛܠ	Ethtap'hal
ܡܫܬܩܛܠ	ܡܫܬܩܛܠܘ	ܐܫܬܩܛܠ	Eschtaph'al

In III. f. et II. Imperf. Ethtaph'al non tres, sed duae tantum ܬ scribuntur ܬܬܩܛܠ pro ܬܬܬܩܛܠ; ceterum tota stirps de verbis sanis rarissime formatur ex. gr. ܐܬܬܟܪܡ et ܐܬܬܟܪܡ.

§ 6. Verbum regulare cum suffixis.

Quas mutationes accedentibus suffixis verborum formae subeunt, tabula sequens exhibet:

TABULA VERBI SANI CUM SUFFIXIS.

Perfectum.

Peal.	1. pers.	2. m.	2. f.	3. m.	3. f.	1. plur.	2. m.	2. f.
3. m.	ܩܛܠܢܝ	ܩܛܠܟ	ܩܛܠܟܝ	ܩܛܠܗ	ܩܛܠܗ̇	ܩܛܠܢ	ܩܛܠܟܘܢ	ܩܛܠܟܝܢ
3. f.	ܩܛܠܬܢܝ	ܩܛܠܬܟ	ܩܛܠܬܟܝ	ܩܛܠܬܗ	ܩܛܠܬܗ̇	ܩܛܠܬܢ	ܩܛܠܬܟܘܢ	ܩܛܠܬܟܝܢ
2. m.	ܩܛܠܬܢܝ	—	—	ܩܛܠܬܝܗܝ	ܩܛܠܬܗ̇	ܩܛܠܬܢ	—	—
2. f.	ܩܛܠܬܝܢܝ	—	—	ܩܛܠܬܝܗܝ	ܩܛܠܬܝܗ̇	ܩܛܠܬܝܢ	—	—
1.	—	ܩܛܠܬܟ	ܩܛܠܬܟܝ	ܩܛܠܬܗ	ܩܛܠܬܗ̇	—	ܩܛܠܬܟܘܢ	ܩܛܠܬܟܝܢ
Plur. 3. m.	ܩܛܠܘܢܝ ܩܛܠܘܢܢܝ	ܩܛܠܘܟ	ܩܛܠܘܟܝ	ܩܛܠܘܗܝ	ܩܛܠܘܗ̇	ܩܛܠܘܢ ܩܛܠܘܢܢ	ܩܛܠܘܟܘܢ	ܩܛܠܘܟܝܢ
3. f.	ܩܛ̈ܠܢܝ ܩܛ̈ܠܢܢܝ	ܩܛ̈ܠܟ ܩܛܠܢܟ	ܩܛ̈ܠܟܝ ܩܛܠܢܟܝ	ܩܛ̈ܠܝܗܝ ܩܛ̈ܠܢܝܗܝ	ܩܛ̈ܠܗ̇ ܩܛܠܢܗ̇	ܩܛ̈ܠܢ ܩܛܠܢܢ	ܩܛܠܢܟܘܢ	ܩܛܠܟܝܢ ܩܛܠܢܟܝܢ
2. m.	ܩܛܠܬܘܢܢܝ	—	—	ܩܛܠܬܘܢܝܗܝ	ܩܛܠܬܘܢܗ̇	ܩܛܠܬܘܢܢ	—	—
2. f.	ܩܛܠܬܝܢܢܝ	—	—	ܩܛܠܬܝܢܝܗܝ	ܩܛܠܬܝܢܗ̇	ܩܛܠܬܝܢܢ	—	—
1.	—	ܩܛܠܢܟ	ܩܛܠܢܟܝ	ܩܛܠܢܝܗܝ	ܩܛܠܢܗ̇	—	ܩܛܠܢܟܘܢ	ܩܛܠܢܟܝܢ

Imperfectum.

Sing. 3. m.	ܢܩܛܠܢܝ	ܢܩܛܠܟ	ܢܩܛܠܟܝ	ܢܩܛܠܝܘܗܝ ܢܩܛܠܗ	ܢܩܛܠܗ̇	ܢܩܛܠܢ	ܢܩܛܠܘܟܘܢ	ܢܩܛܠܘܟܝܢ
2. f.	ܬܩܛܠܝܢܢܝ	—	—	ܬܩܛܠܝܢܝܗܝ	ܬܩܛܠܝܢܗ̇	ܬܩܛܠܝܢܢ	—	—
Plur. 3. m.	ܢܩܛܠܘܢܢܝ	ܢܩܛܠܘܢܟ	ܢܩܛܠܘܢܟܝ	ܢܩܛܠܘܢܝܗܝ ܢܩܛܠܘܢܗ	ܢܩܛܠܘܢܗ̇	ܢܩܛܠܘܢܢ	ܢܩܛܠܘܢܟܘܢ	ܢܩܛܠܘܢܟܝܢ
3. f.	ܢܩܛܠܢܢܝ	ܢܩܛܠܢܟ	ܢܩܛܠܢܟܝ	ܢܩܛܠܢܝܗܝ	ܢܩܛܠܢܗ̇	ܢܩܛܠܢܢ	ܢܩܛܠܢܟܘܢ	ܢܩܛܠܢܟܝܢ

Imperativus.

Sing. m.	ܩܛܘܠܝܢܝ	—	—	ܩܛܘܠܝܗܝ	ܩܛܘܠܝܗ̇	ܩܛܘܠܝܢ	—	—
f.	ܩܛܘܠܝܢܝ ܩܛܘܠܝܢܢܝ	—	—	ܩܛܘܠܝܗܝ	ܩܛܘܠܝܗ̇	ܩܛܘܠܝܢ ܩܛܘܠܝܢܢ	—	—
Pl. m.	ܩܛܠܘܢܝ ܩܛܠܘܢܢܝ ܩܛܘܠܘܢܝ ܩܛܘܠܘܢܢܝ	—	—	ܩܛܠܘܗܝ ܩܛܠܘܢܝܗܝ ܩܛܘܠܘܗܝ ܩܛܘܠܘܢܝܗܝ	ܩܛܠܘܗ̇ ܩܛܠܘܢܗ̇ — ܩܛܘܠܘܢܗ̇	ܩܛܠܘܢ ܩܛܠܘܢܢ — ܩܛܘܠܘܢܢ	—	—
f.	ܩܛܘܠܝܢܢܝ	—	—	ܩܛܘܠܝܢܝܗܝ	ܩܛܘܠܝܢܗ̇	ܩܛܘܠܝܢܢ	—	—

Adnotationes.

Eas tantum formas recepi, quarum exempla mihi praesto sunt.

1) De vocalibus radici addendis grammatici Syrorum non conveniunt; plures, ut videtur, ex gr. III. plur. fem. perf. pronunciant ܩܛܰܠܶܢ, ܩܛܰܠܶܝܢ, ܩܛܰܠܶܝ cum vocali secundae radicalis.

2) III. f. s. perf. cum *rukkâchâ* ܬ, I. s. cum *quššâyâ*.

3) II. m. pl. imper. saepius cum inversione vocalis invenitur.

4) Imperfectum pro Imperativo positum haud raro suffixa imperativi assumit: ex. gr. ܬܶܕܪܽܘܢܳܢܝ, ܬܶܫܒܩܺܝܗܝ.

5) Suffixum ܗ— pro ܝܗܝ—, ܢܝܗܝ—, in Imperfecto praesertim in antiqua Bibliorum versione invenitur.

6) *Pael,* ceteraeque stirpes ut Pe'al tractantur; in imperativo Pael vocalis mediae radicalis servatur, in Sing. masc. et in prolongatis formis pluralis; ex. gr. ܫܰܡܶܫܝܗܝ, ܫܰܡܫܽܘܗܝ, ܫܰܡܶܫܘܢܳܝܗܝ, ܫܰܡܫܺܝܗܝ, ܫܰܡܶܫܶܝܢܳܝܗܝ.

7) Infinitivus (ܡܶܠܰܬ ܡܰܨܕܪܳܐ) suffixa nominalia assumit, contra regulam ܠܡܶܩܛܠܽܘܗܝ (a ܢܶܩܛܘܠ); derivatis in stirpibus terminatio ܘ— ante suffixa in ܘܬ— mutatur.

§ 7. Inter verba *irregularia* sive *infirma* (ܡܰܪܺܝܥܳܬܳܐ) verba *gutturalia* vix numerari possunt, quum verba

primae et *secundae* gutturalis plane regulas generales sequantur et verba *tertiae* gutturalis in eo tantum a reliquis discedant, quod in Participio activo Peal, in Ethpe'el, Pa'el, Aph'el et Schaph'el pro vocali *e*, et in Imperfecto et Imperativo pro *u* potius *a* adsumant; multa tamen *u* retinent, ex. gr. ܢܚܽܕ, ܪܫܽܠ, ܦܪܽܠ etc., quae in ܗ exeunt omnes *a* habere videntur. Sunt denique nonnulla verba ultimae ܐ, non quiescentis, sed gutturalis ܒܰܝܐ *consolatus est,* ܛܰܡܐ *inquinavit* (interdum ܛܰܡܐܐ scriptum), quorum Alaph post consonam vocali destitutam vocalem quam deberet accipere in illam rejicit. ܛܰܡܐ, ܛܰܡܐܰܬ (III. f.), ܛܰܡܐܬ (II. m.) etc.; in III. pl. ܒܰܝܐܘ, ܐܰܠܰܦܘ (a ܐܰܠܶܦ erudivit) ܘ audiri (= *aw*) grammatici tradunt.

§. 8. Verba ܦ̈ܢ primam radicalem, ubi vocali destituta secundum generalis flectionis leges cum praecedenti litera in unam syllabam coalescere deberet, mediae assimilant et in Imperativo apocopant. Nulla igitur deviatio a verbo sano cernitur in Perf. et Part. Peal, in stirpibus Pael, Ethpeel, Ethpaal.

Peal. Imper. a ܢܦܩ: ܦܘܩܝ, ܦܘܩܘ, ܦܘܩܝܢ, ܦܘܩ.

a ܢܣܒ: ܣܒ, a ܢܚܬ: ܚܬ.

Imperf. ܐܦܘܩ, ܬܦܩܝܢ, ܬܦܘܩ, ܬܦܩܘܢ, ܢܦܘܩ

ܢܦܘܩ, ܬܦܩܝ, ܬܦܩܘܢ, ܢܦܩܢ, ܢܦܩܘܢ.

Infinit. ܡܦܩ.

Aphel. Perf. ܐܦܩܬ, ܐܦܩܬܝ, ܐܦܩܬ, ܐܦܩܬ, ܐܦܩ

ܐܦܩܢ, ܐܦܩܬܝܢ, ܐܦܩܬܘܢ, ܐܦܩ̈ܝ, ܐܦܩܘ.

Imper. ܐܦܩܝ, ܐܦܩܘ, ܐܦܩܝܢ, ܐܦܩ.

Imperf. ܐܦܩ, ܬܦܩܝܢ, ܬܦܩ, ܬܦܩ, ܢܦܩ

ܢܦܩ, ܬܦܩܝ, ܬܦܩܘܢ, ܢܦܩܢ, ܢܦܩܘܢ.

Infin. ܡܦܩܘ; Part. act. ܡܦܩ, pass. ܡܦܩ.

Ethtaphal perf. ܐܬܬܦܩ, imperf. ܢܬܬܦܩ, imper. ܐܬܬܦܩ.

Satis multa verba ܢ suum non assimilant, ex. gr. ܢܗܕ, ܢܗܪ. ܢܕܪ, ܢܘܚ, ܢܘܦ; ܢܕܪ habet in Imperf. quidem ܢܕܘܪ, sed in Imperat. ܢܕܘܪ. Vocales Imperativi et Imperfecti generales regulas sequuntur; habes ܦܘܩ, ܦܘܩܝ; ܣܒ, ܣܒܝ; ܚܬ, ܚܘܬ; ܬܦܘܩ, ܬܦܩܝܢ: ܬܣܒ, ܬܣܒܝ: ܬܚܬ, ܬܚܘܬ; dupliciter infirma sunt ܢܬܐ, ܢܕܐ, ܢܟܐ.

§ 9. *Verba geminantia.* Haec verba in Participio passivo *Peal*, in stirpe *Ethpeel*, atque *Pael* et *Ethpaal*, quarum loco stirpes *Palpel* et *Ethpalpal* saepe usurpantur, a flexione verbi firmi abire non solent; in reliquis formis brevis vocalis e suo loco inter gemi-

nandas literas ad praecedentem rejicitur, quae ipsa geminatur.

Paradigma sit ܟܰܦ incurvavit.

Flexio.

Perf.	Peal.	Aphel.	Ethtaphal.	Part. act.
Sing. 3. m.	ܟܦ	ܐܟܦ	ܐܬܬܟܦ	Peal
3. f.	ܟܦܬ	ܐܟܦܬ	ܐܬܬܟܦܬ	sg. m. ܟܐܦ
2. m.	ܟܦܬ	ܐܟܦܬ	ܐܬܬܟܦܬ	f. ܟܐܦܐ
2. f.	ܟܦܬܝ	ܐܟܦܬܝ	ܐܬܬܟܦܬܝ	pl. m. ܟܐܦܝܢ
1.	ܟܦܬ	ܐܟܦܬ	ܐܬܬܟܦܬ	f. ܟܐܦܢ
Plur. 3. m.	ܟܦܘ	ܐܟܦܘ	ܐܬܬܟܦܘ	Part. pass.
3. f.	ܟܦܝ	ܐܟܦܝ	ܐܬܬܟܦܝ	ܟܦܝܦ
2. m.	ܟܦܬܘܢ	ܐܟܦܬܘܢ	ܐܬܬܟܦܬܘܢ	Part. act. Aph.
2. f.	ܟܦܬܝܢ	ܐܟܦܬܝܢ	ܐܬܬܟܦܬܝܢ	ܡܟܦ
1.	ܟܦܢ	ܐܟܦܢ	ܐܬܬܟܦܢ	Part. pass.
Imperf.				ܡܟܦ
Sing. 3. m.	ܢܟܘܦ	ܢܟܦ	ܢܬܬܟܦ	Part. Etht.
2. f.	ܬܟܘܦܝܢ	ܬܟܦܝܢ	ܬܬܬܟܦܝܢ	ܡܬܬܟܦ
Plur. 3. m.	ܢܟܘܦܘܢ	ܢܟܦܘܢ	ܢܬܬܟܦܘܢ	Infinitivus.
3. f.	ܢܟܘܦܢ	ܢܟܦܢ	ܢܬܬܟܦܢ	Peal. ܡܟܦ
Imperf.				
Sing. m.	ܟܘܦ	ܐܟܦ	ܐܬܬܟܦ	Aph. ܡܟܦܘ
Plur. m.	ܟܘܦܘ, ܟܘܦܘܢ	ܐܟܦܘ	ܐܬܬܟܦܘ	Etht. ܡܬܬܟܦܘ

Imperfectum et Imperativus verborum intransitivorum vocalem *a* habere solent (exc. ܢܶܦܽܘܠ, ܦܽܘܠ) ܣܰܒ, ܢܶܣܰܒ, ܗܰܒ, ܐܰܝܬܝ: cum vocali *e* unum exemplum innotuit ܢܦܰܩ, impf. ܢܶܦܶܩ, ܢܶܦܩܽܘܢ, ܐܶܦܶܩ, imper. ܦܽܘܩ, ܦܽܘܩܘܢ.

Nota geminationem primae radicalis et similitudinem verborum geminantium et ܥܘ.

Participium act. Peal sive ܢܳܦܶܩ scribitur, sive ܢܳܐܦܶܩ; part. verbi ܢܚܶܬ fere semper cum ܐ. ܐ praefixa in Aphel a scribis interdum servatur ܡܰܐܣܶܒ, ܢܰܐܣܶܒ etc.

Verba ܢܬܳܐ, ܢܳܛ, ܦܢܳܐ vide inter dupliciter infirma.

§ 10. Verba, quorum prima radicalis ܐ est, in stirpibus Ethpeel et Ethpaal radicalem ܐ litterae praefixae assimilant et magis ad modum verborum ܦܢ et ܦܘ, quam ad modum gutturalium flectuntur.

In Imperfecto *Peal,* si vocalis flexionalis est *u,* praefixum accipit *e,* si *a,* accipit *i*; ܐܺܐܡܰܪ, ܬܺܐܡܰܪ; ܐܶܐܟܽܘܠ, ܬܶܐܟܽܘܠ; *u* habent ܐܟܰܠ, ܐܚܰܕ, ܐܣܰܪ, ܐܦܳܐ, ܐܡܰܪ, ܐܙܰܠ, ܐܠܶܦ, ܐܪܰܟ, *a* ܐܘܺܝ, ܐܡܰܪ, ܐܟܰܠ, ܐܚܰܕ. Syri orientales primam radicalem saepe vocali *a* non *e* pronunciant, ܐܰܠܦ pro ܐܶܠܦ etc. et distinguunt inter vocalem *e* perfecti ܐܶܡܰܪ *'emar* (ܦܬܳܚܳܐ ܐܰܪܺܝܟܳܐ) et imperativi ܐܶܡܰܪ (ܪܒܳܨܳܐ ܟܰܪܝܳܐ) vel imperfecti ܐܺܡܰܪ.

Si duae ܐ concurrunt, in 1. pers. sing. Imp., unum tantum scribitur: ܐܺܡܰܪ pro ܐܐܡܰܪ.

Peal. Perf. ܐܶܟܰܠ, 2 *m.* ܐܶܟܰܠܬ etc.; Imper. ܐܶܟܽܘܠ, ܐܶܟܽܘܠܘ etc., et ܐܶܡܰܪ, ܐܶܡܰܪܘ etc.; Imperf. ܢܶܐܟܽܘܠ, ܬܶܐܟܽܘܠ, ܐܶܟܽܘܠ et

ܢܐܡܪ, ܬܐܡܪܝܢ, ܐܡܪܝ; Part. pass. ܐܡܝܪ, ܐܡܝܪܝܢ, Inf. ܡܐܡܪ, ܡܐܡܪܘ.

Pael. Perf. et Imp. regulares sunt; in Inf., Imperf. et Part. vocalis primae radicalis in praefixum rejicitur: ܢܟܠ *nakkel* pro ܢܐܟܠ *n'akkel*, ܡܟܠ, ܡܟܠ, ܡܟܠܘ. In stirpe *Ethpeel* et *Ethpaal* idem fit: Ethpe. ܐܬܐܟܠ, ܢܬܟܠ; Ethpa. ܐܬܐܟܠ, ܢܬܟܠ, vel ܐ praecedenti ܬ assimilatur ܐܬܬܩܝܡ, ܢܬܩܝܡ.

Aphel et *Schaphel* cum passivis analogiam verborum ܦܘ̈ sequuntur: ܐܘܟܠ, ܐܘܣܦ, ܡܘܣܦ; ܐܫܬܘܕܥ.

De ܐܬܐ *venit*, Aph. ܐܝܬܝ, et ܐܙܠ *ivit*, vide verba dupliciter infirma; ܗܝܡܢ a radice ܐܡܢ prima consonanti hebraicum originem prodit. Verbum ܐܠܦ (Pael) imperf. ܢܠܦ, part. ܡܠܦ paene constanter ܐ omittit.

§. 11. Verborum ܦܝ̈ in lingua Syriaca tres classes exstant 1) ea, quae originaliter sunt ܦܝ̈ ut ܝܢܩ et ܝܠܠ; 2) quae in lingua Arabica sunt ܦܘ̈, quorum in Syriaca duo tantum exempla reperiuntur, verbum defectivum ܝܐܐ *decet*, et derivatum ܝܒܫ *congregavit*; 3) quae in Peal ad normam verborum ܦܢ̈ flectuntur.

Classes 1) et 2) in Perfecto Peal secundam radicalem vocali *e* instruunt (exceptis verbis gutturalibus ܝܕܥ, ܝܗܒ et ultimae ܐ, ܝܬܐ, ܝܩܕܐ), inde in Imperfecto *a* habent, ܢܐܪܬ, ܢܐܟܠ etc. Prima radicalis ubicunque ab initio syllabae semivocalem haberet, vocali *i*

munitur, quae post praefixa in illa transit, ܝܺܪܶܬ݂ *ireth*, non *yireth*, ܐܶܬ݂ܺܝܠܶܕ݂ *ethiledh*, non eth-yiledh; in Imperfecto et Infinit. Peal pro ܝ plerumque ܐ scribitur ܢܺܐܠܰܕ݂, ܡܶܐܠܰܕ݂. In *Aphel* classis 1) format ܐܰܘܬܶܒ݂ (rarius invenitur ܐܳܘܬܶܒ݂) et ܐܺܝܠܶܠ. classis 2) ܐܰܘܠܶܕ݂, ܐܰܘܪܶܬ݂ etc.

Classis 3) duo verba, ܝܗܰܒ݂ et ܝܺܕܰܥ complectens, in Imp. Peal ܝ apocopat. In Inf. et Imperf. sequenti consonanti assimilat, in ceteris formis ut prima classis tractatur.

Peal, Perf. ܝܺܠܶܕ݂. ܝܶܠܕܰܬ݂. ܝܶܠܕܶܬ݂ etc.; Imper. ܝܪܽܘܬ݂, ܪܶܬ݂, ܪܰܒ݂, ܪܕܽܘ etc.: Inf. ܡܶܐܠܰܕ݂: Imperf. ܢܺܐܪܰܬ݂. ܬܺܐܪܰܬ݂, ܐܺܐܪܰܬ݂, melius ܐܺܪܰܬ݂, ܐܺܪܰܦ, ܐܺܬܶܒ݂ etc., Part. pars. ܝܠܺܝܕ݂.

Ethpeel ܐܶܬ݂ܺܝܠܶܕ݂, ܢܶܬ݂ܺܝܠܶܕ݂. ܡܶܬ݂ܝܰܠܕܳܘ, ܡܶܬ݂ܺܝܠܶܕ݂.

Pael et *Ethpaal* a verbo regulari non recedunt

Aphel: ܐܰܘܠܶܕ݂. imp. ܐܰܘܠܶܕ݂. imperf. ܢܰܘܠܶܕ݂, part. act. ܡܰܘܠܶܕ݂, pass. ܡܰܘܠܰܕ݂; ab. ܐܺܝܬ݂ܶܒ݂ perf. ܐܺܝܬ݂ܶܒ݂. part. ܡܰܝܬ݂ܶܒ݂; *Ethtaphal* ܐܶܬ݂ܬܰܘܠܰܕ݂ etc.; *Schaphel* ܫܰܘܠܶܕ݂, *Eštaphal* ܐܶܫܬ݁ܰܘܠܰܕ݂.

Verbum ܝܗܰܒ݂, ܝܺܕܰܥ, imperf. ܢܶܬܶܠ ܢܶܕܰܥ (cum *quššâya* mediae radicalis), inf. ܡܶܬܰܠ, ܡܶܕܰܥ; imp. ܗܰܒ݂, ܕܰܥ. ܕܰܥܘ; Aph. ܐܰܘܗܶܒ݂, ܐܰܘܕܰܥ etc.; Ethpeel ܐܶܬ݂ܝܗܶܒ݂, Ethtaphal ܐܶܬ݂ܬܰܘܕܰܥ etc.

De verbo ܐܬ݂ܳܐ vide inter multifarie infirma.

§. 12. Verba *mediae Aleph* vocalem ejus ad praecedentem literam rejiciunt, si vocali destituta est, in Pael et Ethpaal geminandam ܐ in ܝ mutant. Paene

